



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

5 Quæ Sortes, & quando non sint prohibitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

tionem ore promentes... Sufultariolus Samuel de terra... Reg. 28. & prohibuit Deus, Lenu. 19. ab ariolis quicquam...

10 ¶ Ad hanc speciem diuinationis refero alias plures, quas commisit... Bacchidis furentes, ex Tripode, ex antro...

11 ¶ Umbilicomantia, ex vmbilico apud Coclitem diuinatione... ¶ Est & apud eundem expilatio gallinarum, genus diuinaudi...

12 ¶ Meminit commentarius Euripidis, in Phenissis, fuisse rationem... ¶ Ricus etiam fuit Aruspicius in sacris vesicam obturatam lana...

13 ¶ Spondet amatorem tenerum vel diuinitis orbi Testamentum ingens, calida pulmone columba... Sed haec omnia protinus, vt ridicula & simul impia reicit Christus...

14 ¶ Alia diuinandi successus rerum formula, Idololatriæ descriptur ab Ezechiele, cap. 21. dum dicitur, quod rex Babylonis stetit in biuio in capite duarum viarum, diuinationem quærens...

15 ¶ Mentio fit de sortilegis in iure, in ca. sortileg. 26. q. 1. qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam, quas sortes apostolorum vel sanctorum vocant, diuinationis scientiam profitentur...

16 ¶ Mentio fit de sortilegis in iure, in ca. sortileg. 26. q. 1. qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam, quas sortes apostolorum vel sanctorum vocant, diuinationis scientiam profitentur...

seruisse fore vt insula Lemno adiacentes, mari submergerentur, vt auctor Herodorus, li. 7. in Poly.

¶ Transfulerunt hanc sortium vanitatem quidam ad sacra biblia, vt ex iis quæ in illis occurrerent notionem susciperent: quem morem improbat quoque D. Augustinus, in Inquisitione...

¶ Vtebantur & sortibus Delphici sacerdotes, si credamus Horatio, de arte, dum ait,

Et diuina futuri

Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

¶ Narrat Plutarchus, in vita Iulii Cæsaris, sortilegas plures fuisse apud Germanos, quæ & Germanorum perturbant exercitum per sua vaticinia, quæ per fluuiorum cursus, vorticem strepitumque coniectantes, futura prædicebant...

¶ Erat aliud diuinationum vel superstitionum genus, per omnia quæ e multis rebus capiebantur: veluti ex sterutatione, corrosione foricium, offensione pedum ad ligna, ex singultu, saltu seu pulsatione venarum, occurso hominum, vel ferarum, & ex aliis vanissimis prohibitis...

Quæ Prædictiones vetitæ non sunt.

Cap. 4.

- 1 Prænotiones quæ non sunt prohibita.
2 de Dierum & Temporum obseruatione vbi tractatum sit.

Prænotiones quædam sunt, quæ pendent ex causis præcedentibus a natura: Quamobrem illæ, si sine superstitione doceantur, non erunt vetitæ, sed laudabiles. Neque improbat Deus Dominus, imo exprobat Pharisæis, quod futuras diei tempestates ex facie cæli prænoscerent, non voluntate Dei...

Quæ Sortes, & quando non sint prohibita.

Cap. 5.

- 1 Sortium usus quomodo adiarhorus.
2 Sorte quæ res dirimantur in iure civili licite, eod. & num. 2. 3. 4. 5. & seq.
3 Familia ex ciscunda iudicium sortes admittit.
4 Electio sorte dirimenda in optione plurium.
5 Documenta hereditaria apud quem esse debeant.

Kkk 3

